



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae
Ferinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

XL. Ad Ludouicum Rabum S. Th. D. & Antistitem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

Barbariem lingua, morbos ut corpore pellit:
Sermo fert illic, hic medicamen opem.
Corpore quid melius sano, linguaque disertat:
At melior, quisquis curat utrumque bene.
Mercurius linguae: medicinae Phœbus habetur
Præses: & Aonij dux simul iste gregis.
Quid fectis opus est diuis? tu, care RVLANDI
Sis Phœbus potius, Mercuriusque mihi.

XXXIIX.

Ioanni Pistorio Med.

Si corpus agrescit, medico est opus bono:
Sin anima, medicus est amicus optimus.
Utumque, PISTORI, qui præstat, dic, quia

XXXIX.

Ioanni Sambuco Med.

Sit mors certa licet: mortis latet hora, diesque
At suprema venit, mors sua, cuique dies.

XL.

Ad Ludouicum Rabum

S. Th. D. & Antistitem.

Sit licet Hercinia feritas densissima silua:
Cui Martis nomen dat quoque prisca fides:
(Nam neque frumentis, nec pomis facta, nec
Sed prærupta jugis est, trabibusque frequen

Illatamen, *LVDOVICE*, suis quoq; doribus au-
Nam lymphis scaturit diues ubiq; suis. (Et a est:
Hic Antonini sunt Baiae Caesaris: vnda
Quarum perpetuo feruet adusta lacu.
Illic sunt Baiae, posita sub valle, Ferinae:
Quas aper indicio prodidit ipse suo.
Quid memorem fontes acidos? quid denique Cella
Balnea? cui nomen Scylla perenne dedit.
O ingens bonitas! o Diuum magna potestas!
Cuique suum terrae quae dat abunde bonum.

XLI.

Reinhardo à Neuperg
EQ. & Mag. Cur. Bad.

Cognitio, cultusque Dei cui summa voluptas:
Corporis hunc pariter pax, animique beat.

XLII.

Ad D. Lazarum Schuen-
dium Baronem & EQ. Aur.
Cæs. Conf.

Veritas nunquam latet: interitque
Nunquam. filia Temporis, Iouisque:
Cuius est caeli: fruiturque sola
Coniunctu superum beatiore.
Pressa nec mox opprimitur, genetrix
Virtutis Dea *VERITAS*: sed inde

B 4 *LV CET*